



*Nobili ac Clarissimo DN.*

**HENR. RVDOLPHO HEYDENREICH,**

J. U. Ddo,

S. D.

**HENR. BALTHASAR ROTH,**

D. & P.P.

**I**n votis adhuc erat, conceptam parentum spem absolueret, & lauream, studiorum leuamen ac præmium, hinc non deportare solum, quam reliquum etiam ad honores iter feliciter ingredi. Debebat eruditioni ac virtuti *TVAE*, dignitatis insignibus ita auctum amicis *TE* patriæque reddere, qui gnaua mentis industria, probitate, ac constanti integritatis fama, hæc dudum merueras. Et potuisses utique hac alibi locorum frui felicitate, ubi virtuti pariter sua ponuntur pretia. Sed nostra *TIBI* cum primis placuit litterarum ac *Justitiæ* sedes, ubi prima politioris doctrinæ legumque cunabula non tam triuisti, quam egregia quoque specimina dedisti. Ex interuallo igitur cum ad nos reuersus esses, in certo *Jurisprudentiæ* argumento *Lectiōis* in publica cathedra daturus experimentum, non obuium, non e vulgaribus ac in foro quotidianis contentionibus obtritum

feli-